



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Annus Cisterciensis**

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinder, Joseph**

**[S.I.], Anno MDCLXXXII.**


12. Maij. 4. Idus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45295**

gonem tuum precibus fratum Claræ-  
vallis anxiè commendavit: sed mox  
in hæc verba lætus prorupit: *Fratres,*  
inquiens, *rogate Guidonem, ut oret pro S. Ber-*  
*nobis; jam enim eo loco est, ut possit. Quo nardo*  
*autem loco jam tum fueris, eidem ali- paret.*  
quoties multo amictus lumine osten-  
disti. *Cum igitur orare pro miséris nobis*  
*exulibus efficaciter nunc & feliciter possis;*  
*etiam mei non esto immemor. Dirige gres-*  
*sus meos, per sublimia virtutum tuarum*  
*vestigia scadere non valentes, per amatas*  
*Bernardo humilitatis valles in viam salu-*  
*tis.*

S. BERNARDUS, ser. 37. in Cant.

*Non est periculum, quantumcumq<sub>3</sub> Humi-*  
*te humilie, quantumcumq<sub>3</sub> te reputes litas*  
*minorem, quām sis, hoc est, quām te nulla*  
*veritas habeat. Est autem grande*  
*malum, horrendūm<sub>3</sub> piaculum, si vel*  
*modicè plus vero te tollas, si vel uni*  
*videlicet in tua cogitatione te præfe-*  
*ras.*



12. Maij. 4. Idus.

B. WERRICE, Prior Alnensis, ma- Obijs  
gnis virtutibus, sed præsertim cha- anno  
ritate in proximos clare: qui, quantum 1217.

Q4

per


*Beni-* per juratam paupertatem licebat, Divi  
*gnus in* Martini in pauperes liberalitatem &  
*paupe* mulatus, quidquid vestimentorum ti-  
*res:* bi demere poteras, egenis erogabas.  
*Quæ tua benignitas adeò in consuetu-*  
*equo id* nem abierat; ut etiam equus, quo ad  
*agno-* itinera longiora utebaris, eam obser-  
*scente.* vaverit, solitus, viso mendicabulo, sua  
*revela-* sponte subsistere, veste meliore orna-  
*tiones,* tos concito cursu prætervolare. Mul-  
*lato*, tas noctes in choro transigebas sinè so-  
*extensa,* mno, sed non sinè divinitùs immissa  
*prodi-* luce: quæ aliquando per septem radios  
*gia;* extensa, septemplicem in cœlo retrí-  
*ductionem* laboribus tuis promittebat.  
*lectio* Cùm denique senilis debilitas manum  
*sacra.* tuam impediret, ne ultrà ad egenos  
*extenderetur,* ægri successere in benefi-  
*cia;* qui aquam, in Sacrificio ablwendis  
*manibus à te adhibitam,* pro indubio  
*contra febres antidoto* bibeant. Le-  
*ctionis* piæ tam avidus, ut non alibi se-  
*peliri* volueris, quàm ubi illa quotidie  
*juxta morem S. Ordinis* frequentatur:  
*quasi posteros* ad nobile illud studium  
*vel mutâ præsentia* excitaturus. Innu-  
*meri sunt, qui melioris vitæ initium, aut*  
*in viriūibus profectum,* libris debent.  
*Tu intellectum meum illumina, & volun-*  
*tatem move;* ut ex operibus meis appareat  
*fructus lectionis.*

B. JOAN.

B. JOANNE S: qui dum in Veteri Monte Conversum sincera mentis demissione ageres, humilitatem tuam respiciente Domino, multa prophetiæ spiritu prædixisti, quorum veritatem illico probavit eventus, & secuta divinitus ultio in irrisores. *Quid est tota sacra pagina, quam vox prophetica, justis Obscuranda. præmia, impis tormenta prænuncians? Et Scriptura irrisori similis est, qui nec minis nec pro-rævaticiæ missis ad meliorem vitam movetur. Tu me cinia. doce vaticinia illa tali cum humilitate, ac timore revereri, ut non ultiōrem, sed misericordiam divinam merear.*

S. BERNARDUS, ser. 54. in Cant.

In veritate didici; nihil æq<sup>z</sup> efficax Humi-  
esse ad gratiam promerendam, reti-litas &c  
nendam, recuperandam; quam si o-timor,  
mni tempore coram Deo inveniaris  
non altum sapere, sed timere.



13. Maij. 3. Idus.

Quis mihi, ô felicissime Christi JE-Contigit  
S u collactanee B E R N A R D E, anno  
nunc pro atramento liquorem lacte- 1146.  
um, imò quis mihi stylum præbabit  
Angelicum, ut inauditum ab omnibus

Q 5

retro